

Band I., Nr. 8, Seite 8-9

Sounhar, Vasall des Königs Karlmann, erneuert, durch eine Erscheinung im Traum gemahnt, die bei seinem Eintritt als Mönch in das Kloster Ellwangen an die Hll. Sulpicius und Servilianus daselbst gemachten Schenkungen im Gebiete des Hl. Georg von Wiesenbach, sowie in Schriesheim und den umliegenden Orten.

Ohne Ortsangabe, 764.

Notum sit cunctis fidelibus, tam futuris quam presentibus, quę ego Sōnharius, Karlmanni regis vassus, indagare propalando decrevi. Tempore domni regis Pippini, Hariolfus, qui primo laicus et postea monachus effectus est, locum Elenwangensem in honore sancti salvatoris eiusque genitricis MARIE sub cespite palustri in silva, que vocatur Uirgunda, construxit; cuius frater Erlolfus, Lingoniace¹ civitatis episcopus, corpora sanctorum MARTIRUM SULPICII ET SERVILIANI ab Adriano papa impetravit et huic loco invexit, ubi tantorum p̄sidia patronorum tanto copiosius iugiter sentiuntur, quanto ardentius cum pia fide incessanter queruntur. Ego igitur Sōnharius, qui sub eodem, quo Hariolfus rege supra dictus militavit, audiens creberrima per sanctorum Martyrum intercessionem in eodem loco fieri signa, divino ammonitus instinctu, laicalem, in quo militavi, habitum mutavi, monachicumque, quem desideravi, sub eodem Hariolfo abbate devotissime indui, cunctaque, quę ad me hereditario iure in territorio sancti GEORIGII Wisinbach, in Scriesheim, et in adiacentibus villis, cum silvis, cum vineis, cum pratis, cum agris, cum familiis, et omnibus utensilibus pertinebant, supradictis MARTYRIBUS, domni et serenissimi regis Pippini ammonitione persuasus, pro animę meę remedio contradidi, sperans tam futura quam presentia peccatorum meorum facinora ipsorum patrocinio per hoc relaxari. His ita patrat, meque in sancta conversatione vivente, post paucos dies insidiator totius generis humani, diabolus, a recto sancti propositi mei tramite occulte me apostatate persuadens, per varias malignissimę apostasię cavillationes, iniecit cordi meo, felicissimam transmutare, quantulumcumque possem, delegationem; mecum in secreto cordis reputans: melius esse p̄dium cognatis meis ceterisque consodalibus quam monachis, deo sanctisque MARTYRIBUS servientibus, delegasse. Haec dum mecum solus tacite tractarem, totius boni auctoris disponente clementia, quadam nocte, dum sopore deprimerer, a sanctis MARTYRIBUS, iubente et p̄sidente sancta MARIA, ante altare

¹Langres, Dep. Haute-Marne, Frankreich.

II

trahebar, et singulis enumeratis, que mutare mecum disposueram, tamdiu miserabiliter ac salubriter sum castigatione corporali maceratus, donec nullatenus factam transmutare sententiam promisi. Quod dum expergefactus abbati meo cunctisque fratribus, mane facto, liventes monstrans scapulas, retulisset, inito salubri consilio rogarunt, impetrarunt, effecerunt, ut absque ullo dubitationis errore, quemadmodum prius ita et modo, familiam S. Georgii cum testamento et firma astipulatione ex integro contraderem. Quod et feci. Constitui igitur quosdam clientum, quosdam mansionariorum, quosdam tributariorum, quosdam diariorum iure Fuldensium et Augiensium abbatiarum habere consortium, quatinus nulli abbati, nulli advocato aliud ius, præter quod domno imperatore annuente Pippino confirmavimus, diminuere vel infringere liceat. Statui etiam, si aliqua rationabili vel iudiciaria causa existente, advocatus secundum placitum^a abbatis advenerit, in cottidianum eius victum ter in anno talem porcum, unde XII assaturę absumi queant, dari, modiumque tritici, pabulum XII equorum, secundum numerum equitum, et sextarium vini. Una die villicus abbatis, secunda die magister tributariorum ista persolvant, ea scilicet conditione, ut ab ullo tributario vel mansionario, præter statutum vel advocatoria lege requisitum, nil vi extorqueat, si tributa vel debita in tempore persolverint. Si quis advocatus hæc infringere, vel alia addere studuerit, regię maiestatis reus, in fiscum imperatoris XX auri libras persolvat, ista autem rata permaneant. Acta sunt hæc ab incarnatione dominica anno DCCLXIII. sub Pippino rege et Hariolfo, eiusdem loci abbate et fundatore, feliciter. Amen.

—

Nach einer in Urkundenform auf Pergament ausgefertigten, jedoch unbeglaubigten Abschrift des 12. Jahrhunderts.

 Ob ein wirkliches Original je vorhanden gewesen, steht dahin. Die ganze Urkunde, so wie sie vorliegt, scheint ein Machwerk des genannten Jahrhunderts, teils um das Besitzrecht an und für sich desto ehrwürdiger und unantastbarer erscheinen zu lassen, teils um etwaigen Eingriffen der Schutzvögte dadurch entgegenzutreten. Nach Widder: Beschreibung der Pfalz, Bd. 1, S. 366, soll die Propstei Wiesenbach 1150 von den Grafen von Dilsberg gestiftet worden sein. Die Urkunden, wonach das Stift sich im unzweifelhaften Besitz der Propstei befindet, reichen bis in die letzte Hälfte des 13. Jahrhunderts zurück.

^aIm M.S. *plactium*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 389 U 2252

Editionen:

CORBINIAN KHAMM: Hierarchia Augustana chronologica tripartita [...] id est series [et] descriptio Augustanorum episcoporum, 3 Bde., Augsburg 1709-19, Bd. 1, Kap. 1, Nr. 8, S. 3, und ebd., Kap. 2, Nr. 24, S. 9 (Auszug).

Literatur:

Historia et commentationes academiae electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae, 7 Bde., Mannheim 1766-94, Bd. 5, S. 533. Bossert: Kloster Ellwangen, S. 67 ff., Nr. 9 (auch zu Ellwanger Urkunden überhaupt).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Fulda, FD
 Langres, Dep. Haute-Marne, Frankreich
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Schriesheim Wohnplatz (6513)
 Schriesheim, HD
 Wiesenbach Wohnplatz (6613)
 Wiesenbach, HD